Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

omnipotens meos et omnium fidelium
tam viuorum quam mortuorum offero
et prece ut placens et accepta tibi
fiat Per eundem dominum nostrum Sancti
Ficet quesumus domine hanc oblatam
panis et prece ut nobis unigeniti
tui corpus fiat Per eundem dominum
Nostrum Qui tecum viuit et regnat deus in
Offerimus tibi Sup calice
domine calicem salutaris quem tibi
confitentes clementiam tuam ut in conspectu
diuine maiestatis tue pro nostra et
pro totius mundi salute cum odore
suauitatis ascendat Per eundem
Sancti Ficet quesumus domine huic
calice unum et prece ut nobis unigeniti
tui sanguis fiat Per eundem
Qui sanctificat: Sup oblatam
omnipotens eterne deus et benedic
hoc sacrificium tuo sancto nomini a me indignissimo famulo tuo
preparatum Per eundem Inclinato capite dicit
Suscipe sancta trinitas hanc
oblationem quam tibi offerimus
ob memoriam passionis resurrectionis et ascensionis domini nostri
ihu xpi et in honore beate
marie semper virginis et beati Iohannis baptiste et beatorum apostolorum
petri et pauli et omnium sanctorum ut illis proficiat ad honorem nobis autem ad salutem ut
illi pro nobis intercedere dignentur in celis quorum memoriam
agimus in terris Ad populum
Per eundem

Orate pro me patres fratres et
sorores ut meum et vestrum sacrificium
acceptabile fiat omnipotenti deo Per eundem dominum nostrum

In natiuitate domini et de corpore xpi.
Prefatio et sequitur
Eterne deus Quia
per incarnati verbi mysterium nouum mentis
oculis lux tue claritatis infulsit Vt dum visibiliter deum cognoscimus per hunc in
visibilium amorem
rapiamur Et ideo cum angelis et archangelis cum thronis et dominationibus
Cumque omni militia celestis exercitus
vnum glie tue canimus sine fine dicentes Infra actionem.
Communicantes et noctem sanctissimam vel diem sacratissimum ce
lebrantes quia vbera marie inte
merata virginitas hunc mundo edidit saluatorem Sed et memoriam venerantes in primis
eiusdem gloriose semper virginis
marie genetricis dei et domini nostri
ihu xpi Sed et beatorum apostolorum.
De epiphania domini prefatio.
Eterne deus Quia cum
unigenitus tuus in substantia
nostre mortalitatis apparuit no
ua nos immortalitatis sue lux
reparauit Et ideo cum angelis et archangelis cum thronis et dominationibus
Cumque omni militia celestis exercitus